

D. O. M. A.

AUTHORITATE
ET CONSENSU NOBILIVM, STRENVORVM, MAGNIFICORVM,

& Clarissimorum Virorum, &c. Spectabilis Domini Decani, Dominorum Seniorum, Sac: Cæs: Regiæq; Majestatis Consiliariorum, ac totius amplissimi J. C. Collegij, in antiquissimo ac celeberrimo Viennensi Archigymnasio, subseqentes Theses ex assignata sibi *L. Sub pretextu 19.*

C. de Transactionibus. vnà cum Quæstione Canonica, pro gradu Licentiæ in V. J. consequendo, publicè discutiendas proponet.

MATERNVS HERMAN à REHTZ J. V. Baccal.

THESIS I.



VB pretextu Instrumenti post reperti, Transactionem bona fide finitam, rescindi Jura non patiuntur.

II.

Frustra namq; à placitis, quæ ad finiendas lites introducta, vim rei Judicatæ habent; & ad liberationem tendunt, Juramentoq; æquiparantur, recedere desideratur.

III.

Atq; adeò, vt cum Transactio generaliter omnem compositionem inter disceptantes, de re, aut Jure aliquo comprehendat; Ita neq; Indelicti, (licet plus debito petatum sit) neq; læsionis enormis; neq; post reperti Instrumenti; legitime transigens, Principis etiam rescripto, sese tueri possit.

IV.

SIN verò super voluntates vltimas, tenore earum prius non inspecto; aut super causas publicas; Item pupillorum; aut Alimenta; Matrimonium; Adulterium; crimina; aut quæcumq; privilegiata transigatur: quin ab ea transiliri possit, Jure prohibitum non reperitur.

V.

Manifesta quoq; improbitas, si Transigentis appareat; sive vel per se, vel per alium, Instrumenta, quibus veritas argui non possit, sublata esse cõstet, siquidem actio supersit replicationis auxilio, doli mali, & Pacti exceptione tuebitur.

VI.

ET si hæc etiam intra statutum tempus extincta fuerit, actionem tamen de dolo supermanere indubitati Juris est.

Q. CANONICA.

Desumpta ex c. Præterea quarto. de Transactionibus.

Vtrum, de subjectione spiritali fieri possit Transactio; & an stante ea (cum Sententiæ æquiparetur) contra Majorem Ecclesiam præscriptio currat: Et an in integrum restitui possit?

Disputabuntur in Auditorio J. C. die 24 Julij hora 1. pomeridiana.

VIENNÆ AVSTRIÆ, Apud GREGORIVM GELBHAAR, Ad rubram Crucem,
ANNO M. DC. XXIII.